

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. VIII. Jejunium piarum exercitationum omnium adjumentum  
maximum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

dum saginam nati sumus? Num Deus eò nos condidit, ut exuto homine boves induamus, qui dies no& tésque totas ad præsepe plenum vel pingue pratum os fatigemus?

*Psal. 4. v. 3.* Fili hominum usquequo gravi corde? Cur tantum gule permittimus, ut in bestias degeneremus? Reclè hic præforum monitum instillo:

*Iambi veteres.* Oportet esse ut vivas, non vivere ut edas:

Da corpori quod sufficit, non quod petet.

*Sen. epif. 8.* Ad rem sapientissimè monet Seneca: Miserest, qui stomachi sui mensuram neferit. Nec miser solum, sed & insanus est, qui ignorat, quem cibi potissimum ingenerendi suum faciat. Quidquid editur & bibitur, non ad voluptatis, sed ad rationis literam examinandum. Scia uniusquisque stomachi sui mensuram; discat ab experientia, quantum alimonie in prandium, quantum in cenam sufficiat, nec ultra quidquam appetentia fallacissime permitat. Et ita veluti ad dimensum edat & bibat. Hac ratione vitam, pecuniam & famam augebit. Annaei verbo dissertationem finio: Nam ergo sanam & salubrem somnam vite tenere memento, ut corpori tantum indulges, quantum bona valetudini satis est. Durius tractandum est, ne animo male pareat.

### CAPVT VIII.

#### Iejunium, piarum exercitationum omnium adjumentum maximum.

**A**POLOGI veteris eruditæ narratio hæc est: Ficula per silvas iter fecerat; hic fortè consipata turdum labrufæ insidentem, amaras ac degeneres baccas vellificantem. Vismum est hoc ficedulæ insulsum nimis & aridum jentaculum. Mortatur igitur fraterem, & huaviter compellans: Mi turde, inquit, quid invia resqua incolis? quid arbores infecadas vellis? desere infelix hoc fruticum, & una mecum, si placet, iter ingredere; in regionem longè opimiorum te ducam, ubi ficus & uvæ, ubi omne genus edulicæ abunde supperat. Persuaderi se turdus haud ægrè pafus, labrufæ valedicens, ducem suum hilariter fecutus est. Pervenerunt demum tam ficedula quam turdus in terram fecundis arboribus felicissimam. Insulas fortunatas dixeris. Evidebatur locus promissa superare: nec enim quidquam decerat, quod ad gulæ votum desiderari poterat. Cum autem turdus curiosior circumspiceret, & hic quidem aves non ignotas virgis viscatis miserè pendere, velut in crucem suffixas, illic multò plures retium insidiis captas, alias alibi è fallaci fune pendulas, quasdam etiam fillo baculo supplexas, aut decipulâ clausas cerneret, mox alas fugæ parans: Vale, inquit, vale, ô mea ficedula, vale, vale cum tuis deliciis; ego labrufas vellere, imò esurire malo, quam in tanta vita periculis mensam accumbere delicatissimam. In ſoniat qui vult, non ego; tecum epuletur, qui mortem amat. Mihi potior est tenuis vietus, sed tutus, quam dapes plurimæ, exquissimæ, quas Mors afflavit; Vale.

Quisquis non pericula solum, sed mala præsentissima, que cibi potiusque intemperantem usum comitantur, feriò considerat, cum Tundo liberimè proclamat: Malo decies, malo centies, malo millies in diam & famam pati, quam selectissimis dapibus me farcire, & valetudinæ lædere, vitam præcidere, tempus perdere, opes minuere, incolumæ famam corrumpere. Capite superiori diximus: Qui cupit diu vivere, nō cupiat diu dormire. Vita est vigilia, vivere & nō vigilare, pars mortis est. Qui autem vult aliiquid somno subducere, debet prius cibo. Hinc nostra cœlus: Iejunium temporis grande au&arium: nec solum temporis, sed & pecunia ac nominis, ut suprà demonstratum est. Nunc porro cendum, & conclusio priori hæc

adjungenda: Abſtinentia & jejunium piarum exercitiorum omnium adjumentum maximum. Quicunque precibus, studiis, meditationibus feriò vacare cogitat, jejunare dicitur. Sacris exercitiis omnibus jejuniū & abſtinentia ſubſidiū ad fert plurimum. Quod jam diductus exponendum.

### S. I.

**S**erenum cælum & ſerenum caput in eo conveniunt; ſi vapores terra non ascendant & aërem turbent, cælum ſerenatur, & lætanæ exporrigit frontem. Humana intelligentia in ſe ſpectata, ad meditandum, ad ſtudendum, ad orandum ſemper expedita via ad eum est; quia verò corpus tam inæqualis eft valetudinis, dirandum hinc modò plumbeum, grave atque oneratum, modò eft exagile, exoneratum, & leve eft. Eam ob rem ſpiritus corporis iniquilinus plurimū aut juvatur, aut impeditur bonâ malâ corporis conſtitutione. Notificium: Plenus venter non orat, non ſtudet, non laborat, non meditatur libenter. Homo ſaturn & cibis fatus ad gariendum, fabulandum, ridendum, otiandum, dormiendum multè eft aptior, quam ad precardium, legendum, commentandum. O bone Deus, quam monſtriles aut ſublimes cogitationes parit corpus elca merisque æſtuans! Ab avi prædatoriā id luculentum. Si falco bene paſtus eft, ad aucupium ineptus eft. Volatu ardeam non affequetur, non tranſcendet, non configet: gravatus eft cibo, non eſurit, ideo nec praedam petit. Hoc tale aucupandi genus eſurialis dies præcedat necesse eft, aliqui nihil agitur, & omnis perit venaticæ voluptas: ita prorsus homo, ſi abſtinentiam oderit & jejuniū, in ſublime ſeſe non attolleret, divina & caeleſtia cogitando non penetrabit, cum Deo & Angelis non ſapè colloqueretur; onus corporis cum detrahit, ſarcina eſcaria illumi impedit: ſaturitas deicit, quem in altum evexifet inedia. Ecclesia reſtiffimè canit: Qui corporal jejunio vita comprimit, mentem elevas, virtutem largis & premias.

Vates Hebreus Moles facturus audientiam in cælo, & cum ipso Numino collocuturus, quadrangula eſuriales dies veluti pervaſgilium præmisit, ita demum ad diuinum colloquium admittiſſus eft. Elias ad lecretum cum Deo ſermone admittendus, dies itidem quadrangula jejunio & inediâ traduxit, perinde ſi præceptum illi fuifet ē cælo: Elia, vide ut quam maximè ſobrius & jejunus venias ſermocinaturus cum Deo. Ita Eliæ hilaria fuerunt hydriæ, falernum ē fonte publico, & panis ſubcinericus. Et ambulavit in fortitudine cibi illius quadrangula diebus & quadrangula noctibus, ſuque ad momen Dii Horæ. Cāmique venifet illuc, manfit in ſpeluncâ. Et ecce ſermo Domini ad eum. Sobrios amat filios Deus; neque ſolis precibus, nec eleemosynis ſolis, ſed & jejunis vult colit.

Sic Sara jugulatis septem maritis ſep̄ties vidua, ſuperius cubiculum ingressa, tribus diebus & tribus noctibus non manducavit, neque bibit; ſed in oratione perſiſtens cum lacrymis deprecabatur Deum. Et quod petiti, impetravit.

Primus, non optimus rex Hebraeorum Saul mortuus arma in Philistæos, universæ plebi jejunium indexit: Maledictus vir, ait, qui comedere panem uſque ad vesperum. Et non manducavit univerſus populus panem: idque tam ſtriata religione, ut cum in ſaltu publicum mel flueret, leſequo oculis tranſeuntium venderet, nemo aufus fit vel digitum eo tintillum lambere.

Ita David ſaſe filio que Ionathâ militia casis jejunavit cum omnibus, quos ſecum duxerat, militibus: Et planterunt, & ſleverunt; & jejunaverunt uſque ad vesperam ſuper Saul, & ſuper Jonathan, & ſuper populum Domini. Ideo obſequii genus præſtiterunt mortuis Galadatæ, & diebus ſeptem jeunia perfeverârunt.

Ita

Ita cùm Bathuliam urbem Holofernes dux Assyrius obditione gravi premeret, expugnationis suā definitiōne certus, clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliaverunt anūas suas in jejuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum. Opportunissimè semper precationi jungitur jejunium. Tantò enim effacit orationi os panditur, quanto religiosius cibo clauditur.

Hic compendium summè profuturum paucis tractatio cù dñe non pīget. Quisquis à Deo quidpiam imperiū certus petere instituit, is orationem non inco- mītāt in celum mittat, sed comites ei adjungat. Eleemosynam & Abstinentiam. Impetrabit certissimè quod rogaverit, nisi forsan diuinus honor abutat, aut roganti expediat non audiri. Rem oculis subjicio, & ad actiones apto.

## §. II.

**C**um necessitas nos premit, plenissimis buccis spītare Deo vota nuncupamus: sed hæc ejus generis plerumque sunt vota, quæ solum marsupium nonnihil vulnerent. Exempli gratiā: Vovemus statuam templo, aut ceream imaginem nostræ statuæ aequilibrem, aut frontale vel vestem sacrificiam aræ, aut certi numeri sacrificia, aut peregrinationem sacram, quam sāpius dixeris recreationem. Atque hæc talia promittimus exoluturos, si voti compotes fāmus. Ita in votis concipendis ferē solam concutinūs crumenam. Mihi Christiane, teipsum offer Numini, sacrificia teipsum hac formulā; voces praeibo.

Domine I E S V, ego in angustiis deprhensus tribus minimū diebus, et si non continuis, jejunabo. Sex aut septem diebus psalmos p̄cūnitēs scriptos recitabo. In eleemosynam novem philippes, aut florēnos, aut saltem octodecim sextertios dabo. Hæc vota hominem ipsum immolant, & divinæ voluntati submittunt. Nimirum Deus sacrificium integrum, seu holocaustum, exigit; quod reverā hīc sit, cūm oratione jungimus eleemosynam & jejunium. Oratio submissa cor Deo subicit; Eleemosyna facultates & pecuniam. Jejunium corpus. Ita totus homo conditor suo immolatur, cūm animus & corpus, & fortunæ, bonaque illius exteriora in hostiam ponuntur.

Hæc preces sunt arrata, hæc Deum expugnant, quæ animum orando, corpus jejunando, divitias erogando mactant. Ita vovendum, ita postulandum: repulsa non feret, qui triplicem hanc Rhetoricæ partem calluerit. Quod Chylostomus expendens: Ora:do, inquit, sine jejunio, miles sine gladio. Quid loculos emungis? quid aere plectis crumenam, si caro petulans & à jejunio eximia, in vetris ruit libidines? Bona est oratio, sed cum jejunio & eleemosynā. Tres sunt Rhetorice partes, ut dixi. Vis persuadere dictione? nullam neglige.

Quotiescumque Deus tam in lege prisca quam novā res maximas rogandus erat, orationi semper additum jejunium. Quod è sacris paginis luculentissimum fiet. Cūm Israēlitas in Beniamitas pugnarent, cōsultus est Deus, quis populi ducem ageret? Divinā voce delectus est Iudas. Oraculo divino confirmati in hostem animosè ierunt. Nihilo minus post exordium tam aūspicatum, viginti duo millia Israēlitarum in prælio sunt cœsi. Sed visum est instaurare prælum majoribus copiis, animis erectioribus. Et ut principium à Deo ducerent, prius ad orationis domum ascenderunt, orarunt, & fleverunt coram Domino usque ad noctem. Atque ut nihil inconsulto agerent interrogarunt denuo, num repetenda sint arma in Beniamitas. Respondit oraculum: Ite, ascendite, certate. Hoc ius tuum erectissimus Israēlis populus in aciem progressus est. Verum Beniamitas iterum tantā in illos cœde bacchati sunt, ut decem & octo millia bellicorum

Tom. II.

militum mactaverint. Tertiū igitur ad orationis dominum convenient, neque jam precibus tantum & lacrymis agunt, sed & jejunis, *jejunaveruntque die illo usque ad vesperam*. O viri, hoc initio factum oportuit. Bona est oratio, non ingratæ sunt lacrymæ, sed jejunis conjunctæ. Ad confitūs principium orantis: reē. Orationem lacrymis etiam commendatis: optimè. Sed jejunio omisisti: hoc male. Deum ergo consuluerunt denuo, quid faciendum, cum arma pondē, num resumenda, & pugnandum? Et respondit Dominus: Ascendite, oras enim tradam eos in manus vestras. Ascenderunt, viderunt, vicerunt. Nam hostium eo die viginti quinque millia & centū ceciderunt.

Tanti fuit orationi & lacrymis junxit se jejunium. Videte, obsecro, ò Israelita, ò Christiani, quantam vim precibus & fletib⁹ addat Abstinentia. Holocau- sum vult Deus, & totius hominis oblationem, hoc est, animi, corporis, & facultatum victimam. Miles sine gladio, oratio sine jejunio. Sed dicta confirmo.

## §. III.

**M** Oabitæ & Ammonitæ grandes exercitus contra Regem Iosaphat duxerunt. Rex autem, ut Regum chronicon testatur, totum se contulit ad rogamendum Dominum. & predicavit jejunium universo Iuda. Victoriam Rex Iosaphat obtinuit incredibilem, & quidem sine sanguine suorum. Hostiles copiæ in semetipsas versa mutuæ sese vulneribus conciderunt, & omnis latè regio cadaveribus oppleta est, nec superfuit quisquam, qui necem evaderet. Spolia nec triduo quidem auferri poterunt ob prædæ magnitudinem. Oratio abstinentia & jejunio juncta expugnat & vincit.

Sic Esther regina populi sui proximum interitum animadvertis, precibus eum & jejunis servavit. Iudei omnes necandi erant. Decretum Regis in omnium ipsorum jugulum jam scriptum, jam promulgatum, jam affixum erat. Gladius & laqueus citabat omnes. Hic Esther Mardochæum cognatum cohortata, ut extremis malis mederetur: Vale, inquit, & congrega omnes Iudeos, quos in Sasan reperiens, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tunc noctilus: & ego cum ancilla meis pariter jejunabo. Mox Hebrei omnes reixerunt, decretum regium est antiquatum, gladius & laqueus Hebreis imminens adverterios necavit; inversa sunt omnia. O Iudei Estheri vestræ gratias agite, quæ vobis veluti concionatrix non preces solum, sed & fiduciam jejunum indixit, & destinatissime nec erupit. Nec alios tantum compulit ad jejunium optima regina, sed & ipsa cum gynæcio suo viriliter jejunavit. His nempe armis, precibus, eleemosynā, & jejunio expugnatur summus Monarcha: cedit Deus trigeminæ huc caput. Verissimum Chylostomi: Miles sine gladio, oratio sine jejunio. Idem in Republica Christiana est cernere.

Carolus Magnus Imperator, Reginone teste, cūm Regino & adversus Avaros moveret ad flumen Anisum, toti exercitu triduanum jejunium promulgari iussit, & feli- citer pugnavit. Sic Otto Imperator cum Vngaris conflictus, teste Witzchindo toris castris jejunium 3 his. præcepit. Sic & Zeno Imperator, ut Nicephorus memorat, eligendo Archepiscopo Constantinopolitano quadraginta dierum jejunium edixit. Veterem historiam omnem recentem, & pasim deprehendens semper juncutum precibus jejunium, cūm aut gravior necessitas urgeret, aut quidpiam magi momenti à Deo petendum. Oratio & abstinentia geminæ sunt forores ad cœli portam notissimæ ingrediuntur liberè, nec supplicari custodibus. Ita clarissimè Iuditha vi- dua: Scitote, inquit, quoniam exaudiet Dominus preces Iudith c. 4. V 3 vefrac, v. 12.

vestras, si manentes permaneritis in jejuniis & orationibus, in conspectu Domini. Iejunium piorum exercitiorum omnium adjumentum maximum, præcipue orationis. Oranti & cum eleemosynarum largitate jejunant panditur cælum, gratulantur Superi, annuit Deus.

Petr. Chrys.  
fol. 4r. 41.  
42. 43. mi.  
bi pag. 110.  
& seqq.

**P**etrus Chrysologus de Abstinentia ac Misericordia mixtura tam eruditæ ac pie, quam sapienter & venustè: Abstinentia, inquit, est hominis prima medicina, sed ad plenam curam misericordie requirit exp[er]tus. Iejuniorum singulari cultu evellit vicia, eradicat crimina, ad frumentos bonos agrum parat & mentis & corporis. Iejunium est sanctitatis hostia, sacrificium castitatis, sed sine Misericordia incenso non potest ad divinum conspectum in odorem suavitatis ascendere. Iejunium virtutum navis portat & exstremum vite, lucrum salutis advelet. Iejunium nobis aperit cælum, jejunium nos intronizat ad Deum; sed nisi tunc assuerit nobis Misericordia nostrarum patrona caussarum, qui de innocentia constare non possumus, de genia securi non erimus.

Vt autem probè noverimus ab Abstinentia & Misericordia orationem separari non posse, summeque necessarum esse jejuni, precum, & eleemosynarum

**O**ratiōne, jejuniū, misericordiā stat fides, cōfīcta devotio & manet virtus.

Oratiōne, jejuniū, misericordiā stat fides, cōfīcta devotio & manet virtus.

**P**terius Chrysologus hēc addens: Tria sunt, inquit, tria fratres, per quæ fratres, confiat devozione, manei virtus: Oratio, Iejunium, Misericordia. Quod oratio pulsat, impetrat jejunitum, misericordia accipit. Oratio, misericordia, jejunium, sunt hec tria unum, dant hec sibi iniuciem vitam. Est namque orationis anima: jejunium: jejunii vita misericordia est. Hec nemo resindat: nesciunt separari. Horum qui unum habet, & simul illa non habet, nihil habet. Ergo qui orat, jejuneat, qui jejunaat, misereatur: audiatur petentem, qui petens optat audiatur: auditum Dei aperit sibi, qui suum supplicanti non claudit auditum. Iejunium, jejunator intelligat, existentem sentiat, qui vult Deum sentire, quod esurit: misereatur qui misericordiam sibi petat: pierat qui querit, faciat: qui prestat sibi valit, prester. Improbis petitor est, qui, quod aliis negat, sibi postulat. Homo, se tibi misericordiae forma: sic quomodo vis, quantum vis, quam cito vis, misericordiam tibi fieri tam cito alii, tantum, taliter, ipse misereatur. Ergo oratio, misericordia, jejunium, sunt unum parviciuum pro nobis ad Deum, pro nobis hec advocatio sint una, una hec pro nobis oratio sit triformis. Hec sunt, fratres, hec sunt, que tenent celi arcem, que secretum Dei iudicis pulsant, que ante tribunal Christi cassas humani generis exequantur, que iniustorum petunt indulgentiam, rerum veniam promerentur. Hec cui in celestibus assistunt, ipse non subsilit in terra: hec cum teneant in celestibus principatum, in terris rerum summam moderantur; hec regunt prospera, hec adversa propellant, via extinguant ista, virtutes ista succendent, hec redunt casta corpora, corda pura, hec pacem membris, membris dant quietem, humanos ista sensus, scholam faciunt discipline: per hec in templum Dei pectora humana conseruant, hec hominem praestant Angelum, homini dei atque deferunt hec honorem. Hinc est, quod si bonus suffragio Moys[es] Deus, & ad triumphos suos misit sibi omni mandat elementa: jubet mare discedere, datur unda, profunda siccari, cœlum pluere, dat frumenta, ventos spargere cogit carnes, noctem splendore solis illustrat, solem nubis temperat veamento, petram percitat, ut de recenti vulnere frigida frumentibus detraheant, primus dat terra legem cœli, scribit vitæ normam, sigit terminos discipline. Per hec Elias nescit mortem, relinquit terras, celos intrat, commoratur Angelus, convivit Deo, & terrenus hostes supernas possident mansiones. Per ista Ioannes fit Angelus in carne, cœlestis in terra, & audita, visu, tactu, totam solus capit, tenet, complectitur Trinitatem. Et nos fratres si volumus Mos glorie, Elii vite, Ioannis virtutibus, omnium Sanctorum meritis applicari, insistamus orationi, vacemus jejuno, misericordia serviamus: qui in his viveti, qui per ista fuerit communius, jacula peccati, diaboli tela, mundi machinas, viatorum cuneos, mala carnis, voluptatum laqueos,

arma mortis, Christianus armiger, bellator Dominicus non ti- mebit. Mala tempora facit nobis contemptus Dei, temporum jejuniu[m] & cursus non facit. Quod ergo contemptu perdidimus, jejuniu[m] con- quiramus, animas nostras jejuniu[m] immolemus, quia nihil est nisi Deum quod Deo præstantius offerre possumus, probante Prophetæ, cùm predicas dicit: Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor con- titutum & humiliatum Deus non spernit. Homo offer Deo animam tuam, & offer oblationem jejuniu[m], ut sit pura hostia, sacrificium sanctum, victimæ: victimæ, quæ & tibi maneat, & data sit Deo. Hoc qui non dederit Deo, excusatus non erit, quia se daturus, non potest se non habere. Sed accepta ut sint ista, misericordia subsequatur.

## CAPVT IX.

Iejuniu[m] satisfactio pro peccatis, expiationis sacrificium.

**B** RUDENTIVS poëta Christianus ævo veteri scenario satis teretes de abstinentium jejuniis scripsit. Metri specimen damus:

Adeō casis, Christe, parsimoniis,  
Iejuniorum dum litamus victimam:  
Nil hoc profecto purum mysterio,  
Quo fibra cordis expiatur lividi,  
Intemperata quo dominantur viscera,  
Hinc subjugatur luxus & turpis galæ,  
Vini atque somni degener scordia,  
Libido fordinis, inverecundus lepos,  
Variisque pestes laugidorum sensuum  
Percam subiecte disciplinam sentiunt.

Frenentur ergo corporum cupidines:  
Dictorum ratione addens: Sicut aqua præfocatur noxis & ignis, inquit, & sic ad solem nix liquefit, sic noxas let. delet jejuniu[m], si blanda seniper misceatur largitas. Bona est oratio cum jejuniu[m], & eleemosynæ. Ille profecto lymphas apportat extinguendo delictorum incendio, qui animum oratione, corpus jejuniu[m], crumenam eleemosynæ purgat. Quantum piis exercitiis omnibus à jejuniu[m] accedit adjumenti, superiori dissertatione diximus. Meminisse hic oportet, nos etiamnum in parte primâ versari, & caussas, cur jejunandum sit, exponere. Prioribus allatis hanc quoque jungimus, Iejunium satisfactio pro peccatis: quod paello uberiori explicandum.

**S. I.**

T Arsenis Paulus suos ad tolerandum animans: sed 1 Tim. 5. sustinebimus, inquit, & conregnabimus. Hic forsitan Festus aliquis proconsul vociferetur: Quid dicit, Paul? ibid. 1 Tim. 5. insanis; multe te littera ad insaniam convertunt. Num Christi cruciatis addendi sunt nostri? Num opusredemptions nostra non multo plenissimum fuit? Num Christus non satis tormentorum perullit? Quid dicit, Paul? insanis. Non insanio, optimè festa, sed veritas & sobrietatis verba loquor. Si sustinebimus & conregnabimus. Et luceulentius scilicet explicans Paulus: Adimpleo, Colos. 1. 2. inquit ea, que desum passum Christi in carne mea. Christus Servatoris manus multò quam perfectissime obi- 2. Tim. 1. vit; mors Christi, gazophylacium infiniti pretii & inexhaustum est. Nihilominus vult Servator amantis simus, ut ad gazophylacium istud mendicemus, & Elenor quod inde nobis liberalissime donatur, in usum nostrum trahamus. Perinde si quis amicorum suorum non infimo trecentos donet philippes, cā tamen legge, ut eos ipsemet domum referat. Sed gravor, ait amicus, da servum, q[ui] portet. Cur nolim hoc, inquit iste, certe mihi causa sunt. Si argenteum hoc domum tuis mēbris ferre manibus detrectes, erit qui ferat promptissimum, que corpora Eccl. Eccl. patentes, Ita Christus tot dolorum patientissimus donat, & istamen compatimur, ut & conglorificemur, si adimplimus ea, dum nimis qua ratiōne Christi patiendo Christi patiētis ac crucifixi similes ac particeps fuisti. + Rom. cap. 8. v. 17.